

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio

Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

GIRALDI CAMBRENSIS
ITINERARIUM KAMBRIÆ.

VOL. VI.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio

Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

ITINERARIUM KAMBRIÆ.

STEPHANO CANTUARIENSI ARCHIEPISCOPO. 56.
IN ODOPORION GIRALDI PRÆFATIO PRIMA.¹

SICUT variis rerum motibus et mutationibus tempora Various
moventur, sic diversis morum curriculis temporalium pursuits of
hominum animi trahuntur. Satyricus clamat;

“ Mille hominum species, et rerum discolor usus : Pers. v. 52.
“ Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.”

Et illud comicum ;

“ Quot capita, tot sententiae: suus cuique mos ” Ter.
est. Unde et quoniam dispares mores disparity studia Phorm. 2,
sequuntur, armata militia tirones exultant, togata vero
causarum patroni delectantur: alii cumulandis divitiis
anxie suspirant, et sumnum bonum opulentiam pu-

¹ This preface not in R. B. F. In Hc. T. D., &c. The heading of the text, “ Stephano, &c.,” is that of D.; Rd. has only the latter part, “ In Odop. Gir. præf. prima.” In Hc. the heading is, “ Hugoni Lin-“ colniensi episcopo magister Giral-“ dus Cambrensis.” In T. this preface is headed, “ Itinerarii Præ-“ fatio prima” (vol. I. 393); and here also, as in Hc., it is addressed to bishop Hugh of Lincoln (*infra*, p. 7, n. 3).

But though this preface does not appear here in B., in its proper place, the first part of it is added in this MS. of the first edition at the end of the treatise, with the dedicatory heading, “ Guillelmo Eliensi epi-“ scopo,” i.e. William de Longchamp, bishop of Ely, 1190–1196, the “ Belua multiformis,” the horrible monster of iniquity, of the last chapter of Giraldus’s Life of archbishop Geoffrey of York.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

tant: hi Galienum approbant, illi Justinianum amplectuntur: honorum cupidi curiam sequuntur, et rediviva fame cruciatos graviter sauciat nec satiat ambitio: liberalibus artibus nonnulli, sed hodie pauci et parvi¹ indulgent; inter quos et Logices alumnos admiramur, qui cum aliquantulum provecti fuerint, tanta studii sui voluptate trahuntur, ut in illis Dialecticæ gyris atque mæandris plerosque videamus, tanquam ad Sireneos scopulos, consernescere.

Aul. Gell.
Noct. Att.
xvi. 8, 5.

Decay of literature. Sed inter tot hominum species, ubi divini poetæ; ubi nobiles morum assertores; ubi linguæ Latinæ moderatores? Quis hodie scriptis, sive poeticis seu historicis, literatam adornat eloquentiam? Quis, inquam, nostri temporis, vel mores astruit, vel inclite gesta perpetuis literarum vinculis æternitati ascribit?² Adeo literarum honor, in summis olim gradibus constitutus, quia

Virg.
Georg. i.
199.

“ Sic omnia fato

“ In pejus ruere, et retro sublapsa referri,”

56 b. jam proclivis in ruinam, ad ima devolvi videtur, ut earum addicti studiis non solum hodie non imitabiles, non venerabiles, verum etiam odibiles reperiantur. “ Felices quippe,” ut ait Fabius, “ essent artes, si de “ illis soli artifices judicarent.” “ Naturaliter enim,” ut ait Sydonius,³ “ fixum est radicatumque pectoribus “ humanis, ut qui ignorant artes contemnant artifices.”

Ceterum, ut ad priora revertamur, quæ mundo plus contulerint, quæso, an arma Mariana,⁴ an carmina Maroniana?⁴ Sed olim Marii⁴ gladios rubigo consumpsit:

¹ *et parvi*] B. T. Hc. Rd., Cam- den. Not in D.

² After *ascritbit* is added in Rd., “ Unde et Esaias, defectum temporis “ hujus longe prospiciens, ait, Ubi “ ‘est literatus? Ubi verba legis “ ‘(ponderans)? Ubi doctor par- “ ‘vulorum’” (Is. 33, 18). It is

in no other manuscript, and not in Camden.

³ *ut ait Sydonius*] D. Rd., Cam- den. Not in B. T. Hc.

⁴ *Mariana, Maroniana, and Marii*] Instead of this, B., the text of T., Hc., and D., have “Arriana,” “Virgiliana,” and “Arrii.” Rd.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

PRÆFATIO PRIMA.

5

qui vero scripsit Eneida, perpetua Maronis extat gloria.
Et tamen, quanquam literatis sub principibus literæ
tunc in honore fuissent, ab ipso scriptum invenies;

“ Tantum Virg. Ecl.
Carmina nostra valent, arma¹ inter martia, quantum^{9, 12.}
Caonias dicunt aquila veniente columbas.”

Ad hæc etiam utra fecundior ac fructuosior extiterit
hæsitas, opera Ieronimi, an opulentia Cresi? Sed ubi
hodie Cresi vel nitet argentum, vel rutilat aurum, ubi²
cenobitæ pauperis orbem et irradiat studium, et illus-
trat exemplum? Et tamen, cum tantus fuisse, Romæ
per invidiam contumelias³ et verbera passus, ac demum
trans mare pulsus, Bethleemiticam studio suo solitu-
dinem elegit.

Inter hæc ergo, quæ contulimus, hoc distare potest;
quod aurum et arma vitam hanc fulcire videntur, post
mortem nil valitura; verum e diverso scripta parum⁴
in vita propter invidiam prosunt, perpetuum a morte
sortita valorem. Sicut igitur testamenti, sic et scripti
auctoritas mortis atramento confirmatur; juxta illud
poetæ,

“ Pascitur in vivis livor, post fata quiescit; Ov. I.
Cum suus ex merito quemque tuetur honor;” Amor. xv.
39.

et illud;

“ Denique⁵ si quis adhuc prætendit nubila livor Stat. Theb.
Occidet, et meriti post me referentur honores.” xii. 818.

has “Martiana,” “Virgiliana,” and
“Martis.” Camden has, “Mariana,”
“Virgiliana,” and Marii.” The
reading I give, no doubt I think the
right one, is supplied by an after
corrector in the margin of T.
“Arriana” and “Arrii” probably
originated from the M of *Mariana*
and *Marii* having been omitted by
an early scribe, in order to be after-
wards inserted in some ornamental
form, but which the illuminator, as
often the case, neglected to do. The

alliteration with *Maroniana* being
thus mainly lost, the more familiar
word “Virgiliana” came in natu-
rally instead.

¹ *arma*] “tela” in Virgil.

² *ubi*] B. T. Hc. D.; cum tamen,
Rd.

³ *contumelias*] B. Hc. D. Rd.;
contumeliam, T.

⁴ *parum*] D.; nihil, B. T. Hc.,
Camden; nil, Rd.

⁵ *Denique*] “Mox tibi” instead,
in Statius.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

Præterea qui facultates, qui sanitates suis artificiis
 vel conferre vel conservare nituntur, dum alienis tan-
 57. tum scaturiunt verbis, propriis parum gloriantur in-
 ventis. Compositores quippe tam ornati sermonis, quo
 tam varii casus in tanto juris corpore tam elegantius
 stilo complectuntur, perpetuis efferendi præconiis ex-
 tant. Auctores siquidem elegantium verborum, non
 auditores tantum, repertores non recitatores, dixerim
 laude dignissimos.

Curiam autem, et Logicam, tam in alliciendo, quam
 in vix deserendo persimiles invenies. Dialecticæ tamen
 notitiam, tanquam aliarum omnium tam scientiarum
 quam artium acumen, cum moderamine moræ incul-
 patæ, certum est esse perutilem: curiam vero, nisi
 blandis solum palponibus et ambitiosis, non neces-
 sariam. Nempe si quæstum facis in curia, te tanto
 fortius allicit et annexit ambitio, non missura cutem,
 non curiam, nisi plena. Sin autem labor in damno
 est, adhuc tamen annum apponis, et iterum annum
 anno, et sic in infinitum, ne una cum censu tempora
 perdideris, jacturam temporis, quæ irreparabilis est et
 omnium major, incurris. Curiam igitur et aleam quadam
 videoas proprietate conformes. Quoniam, ut ait poeta,

Ov. Ars
 Am. i. 451. “ Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor,
 “ “ Dum ¹ revocat cupidas alea blanda manus.”

Levi namque mutatione haud dissimiliter dicas;

“ Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusus,
 “ “ Dum revocat cupidas curia blanda manus.”

Hoc etiam adjiciendum puto, quod sicut aleæ, sic et
 curiæ casus, delectu carens, dignis et indignis æque
 respondet.

Inter tot igitur hominum species, quoniam

Virg. Ecl.
 2, 65. “ Trahit sua quemque voluptas,”

¹ *Dum*] “ Et” instead in Ovid.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

PRÆFATIO PRIMA.

7

et quoniam

“ Variis vexantur pectora votis,”

me quidem scribendi studium eligere posteritatis cura Giraldus's
coegit. Et quia momentanea et fluxa est præsens hæc ^{devotion to literature}
vita, juvat saltem in futuro¹ memoria vivere, et per-
petuis famæ titulis laudis honore celebrari. Egregiæ ^{sake of posterity}
mentis indicium est, ad illud emittendum elaborare, ^{57 b.}
quo sibi invidiam in vita, gloriam post fata compara-
verit. Perpetuum est itaque quod auctores, quodque
poetæ principaliter affectant; temporale commodum, si
forte accesserit, non recusantes. Quoniam, ut ait
poeta,

“ Quis locus ingenio est, nisi cum se carmine solo Juv. 7, 63.

“ Vexant, et dominis Cyrræ Nisæque feruntur

“ Pectora nostra, duas non admittentia curas?”²

Sed quia principibus parum literatis et multum ^{The Top.}
occupatis, *Hibernicam Anglorum regi Henrico secundo Hibern.*
Topographiam, ejusdemque filio, et utinam vitiorum written for
non succedaneo, *Pictavensium comiti Ricardo Vatici- H. II.; the*
nalem Historiam, vacuo quondam quoad accessorium *Expug. for Richard.*
illud et infructuoso labore peregi; tibi, vir inclite, His labours
Stephane Cantuariensis archiepiscope,³ quem religio unre-
pariter et literatura commendant, labore nostrum per
horridos Kambriæ fines non illaudabilem, in duabus
particulis scholastico stilo tam digerere⁴ quam destinare
curavi. Virtus enimvero quia sese diligit, aspernaturque
contraria, quæcumque in hoc libello decessoris vestri
penultimi,⁵ viri venerabilis et metropolitani antistitis,

¹ *futuro*] B. T. He. D., Camden; futura, Rd.

² Here the portion of this preface added at the end of MS. B. concludes with an &c.

³ *Stephane, &c.*] D. Rd.; Hugo Lincolniensis episcopæ, T. and Hc.

⁴ *digerere*] T. He. Rd., Camden; dirigere, D.

⁵ *decessoris vestri penultimi*] D. Rd.; coepiscopivestri, T. and Hc.; coepisc. et decess. vestr. penult. Camden.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

veris laudum titulis ascripta repereris, te non minori affectu quam si propria fuissent credimus amplexurum.

Quibus expletis, Deo duce, vitaque comite, libellum tibi *De Principiis Instructione* promitto; si, sotpis interdum tam orationum instantiis quam occupationum curis, lectioni quandoque vacare potueris, munus accep-tum. Hos igitur et alios nostræ diligentiae fructus, tuæ degustandos discretioni, suis singulos temporibus desti-nare proposui, ut te nostra si forte movere nequeunt opera, moveant vel opuscula; moveant, inquam, et tam gratiam reddant, quam gratum efficiant.¹

The intended work, *De Princ. Instr.*

58.

Qui carnali minime motus affectu, in largiendis dextra munifica quibus excelles beneficiis, non sanguinem, non sobolem, sed literas potius et merita pensas: quem in tanta tam continua regni sacerdotiique discep-tatione, paucis comitatum, Anglicana ecclesia firmum invenit ac fidelem: in quem hodie fere solum et fide-liter electum, illa episcopalis viri canonica descriptio cadere videretur et concordare.

Non itaque pileum sustinendo, non pulvillum sup-ponendo, non plumam extrahendo, non pulverem, etsi nullus fuerit, excutiendo, sed inter alios palpones tibi scribendo placere constitui: tibi, inquam, vir *præcluis*,² vir insignis, vir virorum perpaucorum; vir in quem quicquid fere in terris antistitem decet, incomparabili gratia tam industria quam natura congesit. Et si forte nec tibi in hunc modum placere prævaleam, tum quia lectionis horam tam oratio suffocat quam occupatio, tum etiam quia literarum olim honor evanuit; saltem, si quandoque resurgat, posteritati.

¹ *reddant efficiant*] D.; eliant reddant, T. Hc. Rd., and Camden.

² *præcluis*] This is no doubt the right reading of the word. In D.

and T., however, it looks more like “*prælius*” or “*prædius*.” Hc. has “*præclarus*;” Rd., “*præclare*;” Camden, “*præclarissime*.”

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

CAPITULA.

9

INCIPIUNT CAPITULA.

- I.—Prima¹ particula continet de transitu per Herefordiam et Radenouram, cum notabilibus suis.
 II.—De transitu per Hayam² et Brecheniauc, cum³ notabilibus suis.
 III.—De Ewias et Lantodheni,⁴ cum notabilibus suis.
 IIII.—De transitu per Coidwroneu⁵ et Abergevenni, cum notabilibus suis.
 V.—De transitu per Oschæ castrum, et Legionum urbem, cum notabilibus suis.
 VI.—De transitu per Novum burgum, et Kerdif⁶ cum notabilibus suis.
 VII.—De sede Landavensi, et monasterio de Margan, cum partium illarum notabilibus.
 VIII.—De Avennæ⁷ et Neth flaviis transcursis ; de Abertawe quoque et Goer ;⁷ cum notabilibus suis.
 IX.—De Locher et Wendraeth⁸ flaviis transcursis ; de Kedweli quoque, cum notabilibus suis.
 X.—De fluvio Tewiensi navigio transcurso ; de Kaermerdyn⁹ quoque ; et Albæ landæ monasterio ; cum notabilibus suis.

¹ Here R. B. F. begin, without any heading and without any break, immediately upon the last words of the *Expugnatio Hibernica*. These *capitula* are not in Hc., and not in Camden.

² *Hayam*] D.; Haiam, R. B.

³ *cum*] D.; et, R. B.

⁴ *Lantodheni*] D.; Lanthodheni, R. B.

⁵ *Coidwroneu*] D.; Coitwroneu, R. B.

⁶ *Kerdif*] D.; Kairdiph, R. B.

⁷ *Avennæ* .. *Abertawe* ... *Goer*] D.; Aveniæ .. Abertau ... Goher, R. B.

⁸ *Wendraeth*] D.; Wandrez, R. B.

⁹ *Kaermerdyn*] D.; Kermerdhin, R. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04296-3 - Giraldi Cambrensis Opera: Itinerarium Kambriae et Descriptio
Kambriae: Volume 6

Edited by J.S. Brewer, James F. Dimock and George F. Warner

Excerpt

[More information](#)

10

ITINERARIUM KAMBRIÆ.

XI.—De Haverfordia, et Ros; cum notabilibus suis.

XII.—De Pembrochiae, cum¹ notabilibus suis.XIII.—De transitu per Kamros, et Neugol,² usque
Meneviam; cum notabilibus suis.

I.—Secunda continet de sede Menevensi, cum notabilibus suis.

58 b. II.—De transitu per Kemmeis, et monasterium Sancti Dogmaelis; cum notabilibus suis.

III.—De fluvio Teyvi, et Keredigiaun, et Emelyn;³
cum notabilibus suis.IV.—De transitu per Pontem Stephani; per monasterium quoque de Estratflur;⁴ per Brevy,⁵ et ecclesiam Paterni magni; cum notabilibus suis.V.—De fluvio Devi navigio transcurso; et terra filiorum Chanani;⁶ cum notabilibus suis.VI.—De Trait maur, et Trait bochan transcursis; de Nevin⁷ quoque, et Kaerarvon, et Bangor; cum notabilibus suis.

VII.—De Monia insula, cum notabilibus suis.

VIII.—De Cunewe fluvio, navigio transcurso; et de Dynasemereis;⁸ cum notabilibus suis.IX.—De montanis Ery,⁹ cum notabilibus suis.X.—De transitu per Degannoe et Rudlan;¹⁰ sedem quoque Lanelvensem; de vivo sabulo, et Coleshulle; cum notabilibus suis.XI.—De fluvio Deyæ¹¹ transcurso; et Cestria; cum notabilibus suis.¹ *Pembrochiae, cum]* D.; Penbrochia, et, R. B.⁶ *Chanani]* D.; Kanani, R. B.⁷ *Nevin]* D.; Newein, R. B.² *Neugol]* D.; Niwegal, R. B.⁸ *Dynasemereis]* D.; Dinasemereis, R. B.³ *Teyvi . . . Keredigiaun . . . Emelyn]* D.; Teivi . . . Kenedigun . . . Emelin, R. B.⁹ *Ery]* D.; Eri, R. B.⁴ *Estratflur]* D.; Stradflur, R. F.; Stratflur, B.¹⁰ *Degannoe . . . Rudlan]* D.; Dugannu . . . Rudhelant, R. B.⁵ *Brevy]* D.; Brevi, R. B.¹¹ *Deyæ]* D.; Deiæ, R. B.